[T]HE FABLES OF ORBILIUS

PART I

by

A. D. GODLEY

9D.

JCW Carden

*



Frontispiece *Exercise* 13

TAURUS PETASUM CORNIBUS VULNERET

THE FABLES OF ORBILIUS

BY

A. D. GODLEY, M.A.

FELLOW OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD

PART I

LONDON
EDWARD ARNOLD
37 BEDFORD STREET, STRAND
1901

PREFACE

THE exercises in this book attempt (*longo intervallo*) to follow the method of Mrs. Hugh Bell's 'French without Tears'; that is to say, I have endeavoured to use a small number of words and to repeat them in various combinations. Unfortunately, however, we do not know enough about the Latin of Roman nurseries and schoolrooms to be able to ring the changes on small daily incidents. I have been obliged to fall back on such trivial anecdotes as can be rendered in simple Latin; and the necessary variety of incident requires a correspondingly varied vocabulary. Owing to the multiplicity of Latin case-endings, and the still greater multiplicity of their meanings, were each inflexion to be translated separately as it occurs, the lists of words which are inserted for the learner's assistance would become intolerably long, and what is worse, somewhat misleading—short of their attempting to usurp the functions of grammar and dictionary alike. *I therefore presuppose in the pupil some knowledge of the declension of substantives and of the most obvious meanings of cases,* and hope that the exercises will be found to illustrate these elementary parts of

grammar. Believing as I do that (whatever may be possible in teaching the colloquial use of a modern language) Latin cannot be learnt wholly without reference to grammars, I have endeavoured to make this little volume purely supplementary to the knowledge of grammatical rules which the pupil has acquired and is acquiring. He has already learnt his declensions: while he is doing the early exercises he finds in the vocabularies each verbal form separately translated: by the time he has reached Exercise 14 he is supposed to have learnt the person-endings of tenses and the conjugation of 'regular' verbs: and thereafter he will find that the meaning of a verb is only given under the first form of it which occurs. For instance, in the earlier exercises both *cupio* and *cupit*, both *extrahere* and *extrahit* are translated: later, *loquitur* is translated, *loqui* soon afterwards is not. But widely varying forms such as *afferre* and *attuli* are both mentioned.

HINTS FOR TEACHERS

EXERCISE 1.—(*a*) There is no 'definite article' in Latin. *Nauta* is 'a sailor' or 'the sailor'; *nautae,* 'sailors' or 'the sailors,' according to the sense required.

(*b*) Personal pronouns in Latin are often omitted. So *melius est* means 'it is better'; *faciemus,* 'we will make.' It should be explained that the order of words in a Latin sentence may be quite different from that which is usual in English.

EXERCISE 3.—*Mater,* 'his mother.' Latin often omits the possessive pronoun. So in French you say, *il s'est coupé le doigt,* 'he has cut *his* finger.'

EXERCISE 5.—Instances should be given to show how the 'ablative absolute' is used.

EXERCISE 6.—Instances should be given to show how the Latin accusative with an infinitive is used where English employs a phrase with 'that.'

EXERCISE 18.—The pupil should notice that, as in Exercise 1 (*non placet Thomae*), many verbs in Latin are followed by a dative. So in French, *plaire* (to please) is followed by *à* (to).

EXERCISE 22.—*Solatio,* literally 'for a consolation.'

Exercise 26.—Explain the literal meaning of *pilam fuste ferire* and *follem pedibus calcare.*

Exercise 27.—*Fine:* the ablative indicates time or place *at* which, as often.

Taking this and the following exercise as illustrations, the teacher may conveniently give some idea of the uses of the Latin subjunctive in dependent sentences.

Exercise 28.—*Ei adimebat,* 'took away *from* it.'

Exercise 36.—Notice the accusative used in an exclamation.

Observe throughout that Latin constantly uses the present tense in narrative, where in English we should use the past.

CONTENTS

LIST OF ILLUSTRATIONS

THE FABLES OF ORBILIUS

TOM THE SAILOR

EXERCISE 1

cupit, wishes.
cupio, I wish.
esse, to be.
nauta, sailor.
cur, why.
hoc, this.
facit, does.
quia, because.
sunt, are.
liberi, free.
et, and.
non, not.
debent, are obliged.
discere, to learn.
Latinam linguam, the Latin language.
pater, father.
eius, his, her, its, of that.
ei, to him, it, that.
dicit, says.
est, is, it is.
melius, better.
manere, to stay.
domi, at home.
placet, is pleasing.
inquit, says.
ergo, therefore.
cras, to-morrow.
in, in, into.
navis, ship.
faciemus, we will make.
iter, journey.
euge, hurrah.
respondet, answers.


Thomas cupit esse nauta. Cur hoc facit? Quia nautae sunt liberi et non debent Latinam linguam discere.

Pater eius ei dicit, 'Melius est domi manere et discere.'

Hoc non placet Thomae. 'Cupio,' inquit, 'nauta esse.'

'Ergo,' inquit pater, 'cras in nave iter faciemus.'

'Euge!' Thomas respondet.



'VISNE ETIAM NAUTA ESSE?'

EXERCISE 2

dies, day.
posterus, next.
venit, comes.
faciunt, make.
ventus, wind.
fortis, strong.
mare, sea.
turbatur, is disturbed.
huc illuc, this way and that.
volvitur, is rolled.
jacet, lies.
dolor, pain.
maximus, greatest.
patitur, suffers.
ad, to.
terra, land.
redire, to return.
tandem, at last.
redeunt, return.
visne, do you wish.
etiam, still.
puer, boy.

Dies posterus venit. Iter faciunt in nave Thomas et pater eius. Ventus fortis est. Mare

vento turbatur. Navis huc illuc mari volvitur. Thomas jacet in nave et dolorem maximum patitur: cupit ad terram redire. Tandem ad terram redeunt. Pater pueri dicit, 'Visne etiam nauta esse?'


Puer respondet, 'Cupio domi manere et Latinam linguam discere.'

A RAPID CURE

EXERCISE 3

lectulus, bed.
suus, his.
post, after.
hora tertia, third hour: 9 A.M.
mater, mother.
jaces, you lie.
tuus, your.
ire, to go.
schola, school.
aeger, sick.
sum, I am.
quo modo, in what way.
es, you are.
rogat, asks.
caput, head.
meus, my.
dolet, aches.

Thomas jacet in lectulo suo post horam tertiam. Mater ei dicit, 'Cur jaces in lectulo tuo, et non vis ire ad scholam?' 'Quia aeger sum,' inquit. 'Quo modo aeger es?' mater rogat. 'Caput meum dolet,' puer respondet.



'BIBES EAM QUATER IN DIE EX MAGNO COCHLEARI'

EXERCISE 4

medicus, doctor.
medicina, medicine.
bibere, to drink.
dabo, I will give.
tibi, to you.
valde, very.
taetra, nasty.
sanus, well.
eris, you will be.
tam . . . quam, so . . . as.
fui, I was.
nuper, lately.
bibes, you will drink.
eam, her, it, that.
quater, four times.
ex, out of, from.
magnus, large.
cochleare, spoon.
nunc, now.
omnino non, not at all.
praeterea, besides.
manebis, you will stay.
prandium, dinner.
nullus, no.
habebis, you will have.
amat, likes.

Medicus venit ad Thomam. 'Aegri pueri,' inquit, 'medicinam bibere debent. Dabo tibi

valde taetram medicinam, et sanus eris.' 'Non sum tam aeger quam fui nuper,' dicit Thomas.

'Bibes eam quater in die ex magno cochleari,' medicus inquit. 'Nunc caput meum omnino non dolet,' puer respondet.

'Praeterea,' medicus dicit, 'manebis in lectulo tuo et prandium nullum habebis.' Thomas amat prandium.

A LOOSE TOOTH

EXERCISE 5

dens, tooth.
morbus, disease.
affectus, affected.
si petiveris, if you seek.
extrahet, will extract.
denarius, shilling.
quum, when.
audiisset, had heard.
petiit, sought.
eum, him, it, that.
quo, which.
erat, was.
extrahere, to extract.
jussit, ordered.
facto, being done.
dedit, gave.
laetus, glad.
habebat, had.
patiebatur, suffered

Henricus, dentium morbo affectus, maximum dolorem patitur. Pater ei dixit, 'Si medicum petiveris, medicus dentem extrahet, et denarium tibi dabo.'

Quum hoc Henricus audiisset, medicum petiit et eum dentem, in quo morbus erat, extrahere jussit: quo facto pater ejus ei denarium dedit. Laetus erat puer, quia denarium habebat et dolorem nullum patiebatur.

EXERCISE 6

convenit, met.
quem, which, whom.
monstravit, showed.
quis, who.
iste, that.
dedisset, had given.
dolebat, was hurting.
quid, what.
propter, because of.
verus, true.
quod, which.
ait, says.

Postero die Thomam convenit et denarium quem habebat ei monstravit. Rogat Thomas quis ei istum denarium dedisset. 'Pater meus,' inquit Henricus, 'mihi nuper dedit, quia dentem, qui dolebat, medicum extrahere jussi.'

'Quid,' inquit Thomas, 'pater propter hoc denarium tibi dedit?' 'Verum est,' ait Henricus, 'quod tibi dico.'

EXERCISE 7

abiens, going away.
sibi, to himself.
ego, I.
quoque, also.
duos, two.
eodem, in the same.
possum, I can.
cathedra, chair.
locat, places.
statim, at once.
dare, to give.
autem, but.
vapulabis, you shall be beaten.
stultus, foolish.
avarus, avaricious.
itaque, and so.
vapulat, is beaten.
extrahit, extracts.

Abiens Thomas sibi dicit: 'Ego quoque duos denarios eodem modo habere possum.'



THOMAS DOLOREM MAXIMUM PATITUR

Postero die medicum petiit et duos dentes extrahere jussit. Medicus puerum in cathedra locat, et duos sanos dentes statim extrahit: Thomas dolorem maximum patitur. Statim Thomas patrem suum jussit sibi duos denarios dare. Pater autem, 'Nullum tibi denarium dabo,' respondet. 'Praeterea,' inquit pater, 'vapulabis; quia stultus es et avarus.' Itaque Thomas vapulat.'

A PUZZLE

EXERCISE 8

res, thing.
sapientia, (than) wisdom.
quam, than.
sine dubio, no doubt.
rogaverit, asks.
fortasse, perhaps.
poterit, will be able.

Nulla res est melior sapientia. Melius autem est denarium habere quam nullam rem habere. Ergo denarius melior est quam nulla res. Ergo sine dubio denarius est melior sapientia. Cur hoc non verum est? Si puer magistrum rogaverit, fortasse magister ei dicere poterit.

LEARNING TO SWIM

EXERCISE 9

in, into.
ut lavetur, that he may bathe.
sinit, allows.
nondum, not yet.
ars, art.
nandi, of swimming.
admodum, very.
periculosus, dangerous.
didicit, has learnt.
disce, learn.
prius, first.
deinde, then.
nisi, unless.
eundo, by going.
noli, do not wish.
facere, to do.

Henricus in mare ire vult, ut lavetur. Mater autem ire eum non sinit, quia Henricus nondum artem nandi didicit.

'Disce prius artem nandi,' mater ei dicit,

'et deinde fortasse in mare ire te sinam.' 'Sed nullo modo discere potero,' ait Henricus, 'nisi in mare eundo.' 'Noli hoc facere,' mater respondet: 'est enim res admodum periculosa.'



IN MARE EUM CONJICIT, UT ARTEM NANDI DISCAT

EXERCISE 10

sinet, will allow.
quid sit, what is.
faciendum, to be done.
capit, takes.
conjicit, throws.
ut discat, that he may learn.
clamor, cry.
tollit, raises.
nare, to swim.
discit, learns.

Quid ergo debet Henricus facere? Puer patri dicit, 'Mater mea me in mare ire non

sinet, nisi prius artem nandi discere potero.' Patrem suum rogat, quid sit faciendum.

Itaque pater puerum capit et in mare eum conjicit, ut artem nandi discat. Mater pueri non laeta est et maximos clamores tollit: sed Henricus tandem ad terram redit. Hoc modo nare discit.

THE RED CAP

EXERCISE 11

ruber, red.
petasus, cap.
pulcher, beautiful
putat, thinks.
monstrat, shows.
omnis, all.
pulcherrimus, most beautiful.
ceteri, the other.
invident, envy.
similis, like.
ambulant, walk.
ager, field.

Pater et mater Henrico dederunt rubrum petasum, quem admodum pulchrum esse putat. Monstrat pueris petasum suum, quia est omnium pulcherrimus. Ceteri pueri invident Henrico, quia petasum rubrum habet. Omnes volunt petasos habere similes ei quem Henricus habet. Ambulant in agris ceteri pueri et Henricus.



CURRIT, UT HENRICUM CORNIBUS VULNERET

EXERCISE 12

taurus, bull.
malus, bad.
crudelis, cruel.
iratus, angry.
esset, were.
monstraret, would show.
videt, sees.
fit, becomes.
currit, runs.
ut vulneret, that he may wound.
cornu, horn.
tutus, safe.
omnino non, not at all.

Taurus est in agro, in quo ambulant: est taurus malus et crudelis. Omnes tauri sunt irati quum res rubras vident. Nisi Henricus stultus esset, non monstraret petasum rubrum in agro, in quo taurus est.

Taurus Henrici petasum videt et fit admodum iratus: currit, ut Henricum cornibus vulneret. Ceteri pueri tuti sunt, quia petasos rubros non habent.

Nunc omnino non invident Henrico: non volunt similem petasum habere.

EXERCISE 13

fugit, runs away.
sequitur, follows.
celerior, quicker.
arbor, tree.
scandit, climbs.
evitet, may avoid.
amittit, loses.
vulnerat, wounds.
vulnerare, to wound.
sedet, sits.
ramus, branch.
rusticus, rustic.
abigunt, drive off.

Henricus non ambulat, sed fugit: taurus sequitur. Celerior est taurus quam Henricus.

Puer ad arborem currit et eum scandit ut tauri irati cornua evitet. Dum scandit, petasum amittit: taurus petasum cornibus vulneret. Vult Henricum quoque cornibus vulnerare.

Henricus sedet in ramis arboris et maximos clamores tollit. Veniunt rustici et taurum iratum abigunt.

WHOSE IS THAT BEE?

EXERCISE 14

apis, bee.
mel, honey.
aculeus, sting.
utuntur, use.
alit, rears.
multi, many.
hortus, garden.
juxta, near.
magister, master.
quidam, a certain.
pateretur, suffered.
accusat, accuses.

Apes mel faciunt: sed aculeos habent, quibus utuntur, quum irati sunt.

Henricus, quia amat apes, alit multos in horto suo qui juxta scholam est. Itaque magistrum scholae in agro ambulantem apis quaedam aculeo vulneravit: quo factum est ut magister dolorem maximum pateretur, et admodum iratus esset.

Itaque petit Henricus et eum accusat, quia apem quandam alit quae magistrum aculeo vulneravit.

EXERCISE 15

tune putas esse, do you think that it is.
novi, I know.
saepe, often.
vidi, I have seen.
bonus, good.
misericors, merciful.
neminem, no one.
unquam, ever.
antea, before.
minus, less.
volunt, wish.

'Quid!' inquit puer magistro, 'tune meam



'TUNE MEAM ESSE APEM PUTAS, QUAE TE VULNERAVIT?'

apem esse putas, quae te aculeo vulneravit?' 'Certe tuam esse puto,' respondet magister.

Puer autem hoc verum non esse dicit. 'Novi,' inquit, 'istam apem; est apis mala et crudelis: saepe eam vidi, et laetus fui, quia non mea erat. Meae autem apes, quas alo, sunt omnes bonae et misericordes, et neminem unquam aculeis vulnerare volunt. Domi semper manent et mel faciunt.'

Magister autem non minus iratus fuit, quam antea fuerat.

CLEVER ROBERT

EXERCISE 16

parvus, small.
doctus, clever.
cithara ludere, play the violin.
Gallicus, French.
bene, well.
paene, almost.
admirantur, admire.
loquitur, speaks.
Gulielmus, William.
multum, much.
Roberto major, bigger than Robert.
plura, more things.
ipse, he himself.
ita, so.
nunquam, never.

Robertus parvus est puer, sed est admodum doctus. Cithara ludere potest: Gallica lingua tam bene quam sua utitur. Ita paene omnibus placet: Robertum, quia Gallica lingua loquitur et cithara ludit, paene omnes admirantur.

Gulielmus est puer multum Roberto major et fortior, sed non est ita doctus. Artes, quas Robertus habet, nunquam didicit: itaque nemo eum admiratur.

Hoc non placet Gulielmo: invidet Roberto, quia plura, quam ipse, facere potest, et semper omnes Robertum admirantes videt.

EXERCISE 17

pugnus, fist.
contundere, punch.
pugnant, fight.
vicit, conquered.
quamquam, although.
vincunt, conquer.
postea, afterwards.
amicus, friend.

Itaque nuper, cum Robertum Gallica lingua loquendo et cithara ludendo omnibus placentem



NON SEMPER VINCUNT II QUI MAJORES ET FORTIORES SUNT

vidisset, dixit ei Gulielmus, 'Ego neque cithara ludere neque Gallica lingua loqui possum: sed tamen tuum caput pugnis contundere possum.' 'Non potes,' Robertus ei respondet.

Itaque pugnant pueri; vicit Gulielmum Robertus, quamquam parvus erat, quia melius pugnis uti didicerat. Non semper vincunt parvos pueros ii qui majores et fortiores sunt.

Postea autem Robertus Gulielmum pugnis uti docuit: et nunc pueri amici sunt, et Gulielmus non invidet Roberto, sed ipse Gallica lingua loqui et cithara ludere discit.

GENEROSITY BEGINS AT HOME

EXERCISE 18

miseret Henricum pauperum, Henry is sorry for the poor.
subvenire, to help.
num voluit? did he wish?
alter . . . alter, one . . . the other (of two).
tantum, only.
servabo, will keep.
loca, places.
explorabat, searched.
reperire, to find.
nusquam, nowhere.
plorare, to lament.
videbatur, seemed.
dimidia pars, half.
nihil, nothing.
unus, one.
semper, always.

Miseret Henricum pauperum: cupit iis subvenire. Dedit ei nuper amicus quidam duos denarios. Num hos duos sibi habere voluit? Noluit hoc facere: dixit illi amico qui dederat, 'Alterum tantum ipse servabo: alterum dabo pauperibus, ut illis subveniam.' Bonus est puer Henricus et misericors.

Postero die Henricus alterum horum denariorum amittit. Omnia loca explorabat, quia denarium reperire cupiebat: nusquam tamen denarius reperiri poterat. Itaque alterum tantum tutum habebat, alterum amiserat.

Non tamen multum plorare videbatur. Dixit ei quidam, 'Cur non videris plorare? nunc unum tantum denarium habes, et dimidiam ejus partem pauperibus dare debes.' 'Non est

ita,' Henricus respondet: 'amisi illum denarium, quem pauperibus dare debebam. Itaque nunc nihil pauperibus dare possum, quamquam cupio iis subvenire.'

Itaque Henricum plus etiam quam antea pauperum miseret: quia bonus est semper et misericors.

TRUTH AT ALL COSTS

EXERCISE 19

mentiri, lie.
admonet, warns.
ne mentiatur, not to lie.
confiteri, to confer.
male, ill.
pretiosus, precious.
confregit, broke.
imprudens, without knowing.
confringere, to break.
si quis, if any one


Gulielmus est bonus puer et mentiri non potest. Magister ejus eum semper admonet, ne mentiatur. Semper melius esse verum dicere et confiteri dicit magister, si quis male fecerit. Itaque Gulielmus mentiri non potest.

Pater Gulielmi habet citharam admodum pretiosam: Gulielmus nuper cithara ludere voluit, et eam confregit. Imprudens hoc fecit: non voluit citharam confringere.

EXERCISE 20

domum, home.
improbus, wicked.
ultro, actually.
gloriaris, boast.
plus, more.

Pater Gulielmi domum rediit et admodum



'QUID! ETIAM CONFITERIS, ET ULTRO GLORIARIS, QUIA HOC FECISTI?'

iratus fuit, quum citharam suam vidisset. Rogat, quis eam confregerit. Gulielmus respondet, 'Pater, mentiri non possum: quod verum est, dicam: ego tuam citharam confregi.'

'Quid!' inquit pater, 'puer improbe, etiam confiteris et ultro gloriaris, quia hoc fecisti? Si nihil dixisses, vapulavisses: nunc etiam plus vapulabis.'

Itaque Gulielmus vapulat et dolorem maximum patitur. Tamen ei magister dicit, melius esse semper confiteri et verum dicere, quam mentiri.

THE WHITE MICE


EXERCISE 21

industrius, industrious.
accidit ut, it happened that.
optimus, best.
indoles, disposition.
segnis, idle.
mavult, prefers.
dum, while.
albus, white.
mus (muris), mouse.
animal, animal.
sinus, pocket.
vestis, coat.
clam, secretly.
immisit, put.
nesciit, did not know.

Henricus bonus est puer et industrius, et magistro suo semper antea placuit. Nuper autem accidit ut illi non placeret. Ea res hoc modo facta est.

Paulus quidam, qui Henrici amicus est, puer est non optimae indolis. Semper segnis est: ludere, quam Latinam linguam discere, mavult: praeterea, multos albos mures habet, quamquam pueri haec animalia in schola alere non debent. Itaque, dum juxta Henricum in schola nuper sedebat, Paulus duos mures in sinum vestis Henrici clam immisit.

Nesciit ille, Paulum mures in sinum suum immisisse.



MURES E SINU EJUS EXSILUERUNT

EXERCISE 22

dormiebant, slept.
surgere, to rise.
Virgilius, Virgil.
Anglice reddere, to translate into English.
excitatus, aroused.
exsiluerunt, jumped out.
attulisti, have you brought.
poenam dabis, shall pay a penalty.
solatium, consolation.
contentus, content.
sciebat, knew.

Itaque mures in sinu vestis dormiebant. Deinde accidit ut magister Henricum surgere et Virgilium Anglice reddere juberet. Mures, quia motu Henrici surgentis excitati erant, e sinu ejus exsiluerunt.

Videt eos magister et admodum iratus factus est: dixit Henrico, 'Puer improbe, cur istos mures in scholam attulisti?' 'Non attuli,' respondet Henricus. 'Quomodo igitur,' ait magister, 'e sinu tuo exsiluerunt?' Henricus hoc se nescire dixit. 'Improbe puer, mentiris,' inquit ille, 'et poenam maximam sine dubio dabis.' Itaque Henricus poenam dedit.

Nemo sciebat mures a Paulo in sinum vestis Henrici esse immissos: neque Paulus confiteri se hoc fecisse voluit. Sed Paulus postero die Henrico murem unum dedit, ut ei solatio esset. Itaque nunc omnes contenti sunt.

TOM SMOKES A PIPE

EXERCISE 23

avunculus, uncle.
arundo, pipe.
plenus, full.
herba nicotiana, tobacco.
os, mouth.
sapor, taste.
longinquus, distant.
implet, fills.
incendit, lights.
fumus, smoke.
ducit, draws.
pallidus, pale.

Thomas cupit avunculi sui similis esse, et arundinem habere plenam herbae nicotianae. Amici eum admonent, ne hoc faciat. 'Si feceris,' inquiunt, 'aeger eris: et praeterea sine dubio vapulabis.'



THOMAM PALLIDUM ET AEGRUM FACIT

Thomas autem avunculum suum arundinem habere et neque aegrum esse neque vapulare dicit. Amici Thomam admodum stultum esse dicunt: Thomas amicos suos stultiores esse respondet.

Itaque locum longinquum petit et arundinem implet herba nicotiana: deinde incendit, et fumum in os ducit. Arundo habet malum saporem: Thomam pallidum et aegrum facit.

EXERCISE 24

serus, late.
olens, smelling of.
tacet, is silent.
rident, laugh.
praediximus, we foretold.
credidisti, believed.

Tandem ad scholam Thomas redit, serus et olens herbam nicotianam. Magister, quum eum videt, dicit ei, 'Thoma, cur serus ad scholam redis?' Puer tacet et nihil dicit. 'Cur oles herbam nicotianam?' inquit magister. 'Quia volui similis esse avunculi mei,' puer respondet. 'Male fecisti,' inquit magister, 'et vapulabis.' Itaque Thomas vapulat.

Rident omnes ejus amici: dicunt ei, 'Hoc tibi futurum esse praediximus, sed tu nobis non credidisti.' Thomas nihil habet, quod iis respondere possit.

WANT OF TIME

EXERCISE 25

habitat, lives.
cum, with.
soror, sister.
nonnisi, only.
quotidie, every day.
pensum, task.
perficere, finish.
antequam, before.
aliquis, some.
negat, denies.
prohiberi, to be prevented.
quoties, whenever.
legere, to read.
scribere, to write.
incipio, begin.
alius, other.
modo, sometimes.
convivium, party.
chorea, dance.
tempus, time.

Henricus domi habitat cum patre et matre

et sororibus suis et nonnisi hora diei tertia in scholam venit.

Magister scholae dat quotidie pensum aliquod, quod perficere debet, antequam in scholam postero die veniat.

Henricus autem saepe negat se pensum hoc perficere posse.

Dicit enim se a sororibus suis semper prohiberi, ne quod magister sibi perficiendum dederit perficiat.

'Quoties legere aut scribere incipio,' inquit, 'semper sorores meae veniunt et res alias me facere jubent. Modo rogant ut ad convivia cum iis veniam, modo ut ad choreas: itaque tempus non habeo, in quo pensa mea perficere possim. Si autem semper non domi sed in schola, sicut alii pueri, habitarem, multo melius discere possem, quia tempus ad hoc faciendum haberem.'

EXERCISE 26

feriae, holidays.
fieri, to be done.
pilam fuste ferire, to play cricket.
follem pedibus calcare, to play football.
vesper, evening.
mecum, with me.

Paulus non habitat cum patre et matre et sororibus suis. Habitat in schola, et nonnisi quoties tempus feriarum venit domum redit.



PILAM FUSTE FERIRE

Illi quoque dat magister pensum, quod quotidie perficere debet. Hoc tamen Paulus saepe negat fieri posse, quamquam bonum se puerum et industrium esse dicit: tempus enim se habere negat.

'Semper,' inquit, 'alia res est facienda: quotidie enim cum ceteris pueris pilam fuste ferire aut follem pedibus calcare jubeor: deinde, cum vesper est, veniunt multi ex amicis meis, qui de omnibus rebus mecum loqui cupiunt; itaque me ne scribam et legam prohibent. Si autem domi sicut Henricus

cum sororibus meis et patre et matre habitarem, tempus sine dubio ad scribendum et legendum haberem.

EXERCISE 27

finis, end.
nomen, name.
Imperator Germanicus, German Emperor.
Oceanus Pacificus, Pacific Ocean.
id quod, a thing which.
Europa, Europe.
America, America.
praemium, prize.
ubi, where.
a, ab, by.
annus, year.

Fine igitur anni neque Henricus neque Paulus ullam rem didicisse videtur: quum rogantur de iis rebus quas eos in schola magister docere voluit, tacent, et nihil rogantibus respondere possunt.

Henricus, quum rogatur quod nomen habeat Imperator Germanicus, se nescire dicit. Paulus Oceanum Pacificum inter Europam et Americam esse credit: id quod sine dubio non verum est. Itaque ceteri pueri praemia habent, quia multas res didicerunt: Paulo et Henrico nulla praemia a magistro dantur.

Quum pueri domum redeunt, et patres et matres et sorores puerorum eos rogant, ubi sint ista praemia quae fine anni habere debeant, nulla sibi a magistro data esse pueri respondent.

EXERCISE 28

filius, son.
vester, your.
talis, such.
ullus, any.
absurdus, absurd.
solere, to be accustomed.
culpa, fault.
displicet, displeases.
ambo, both.

Patres Pauli et Henrici admodum sunt irati, quia filii sui nulla praemia habeant: magistrum scholae petunt, ut eum rogent, cur filiis suis nulla praemia dederit

Respondet patribus magister, 'Nihil filiis vestris dedi, quia neque boni sunt pueri neque industrii: ludere semper cupiunt, discere autem nolunt.' Tales pueros se ullam rem docere posse magister negat.

Hoc autem, quod magister dicit, absurdum esse Pauli et Henrici patres dicunt: bonos enim esse pueros, et pensa semper perficere solere, quoties tempus habeant: culpam igitur esse non puerorum, sed magistri, quod nihil discere potuerint.

Irati sunt ambo. Displicet magister puerorum patribus: neque patres magistro placent.

THE PATIENT FISHERMAN

EXERCISE 29

totus, whole.
piscator, fisherman.
piscando, in fishing.
delectatur, takes pleasure.
calamus piscatorius, fishing-rod.
vermiculus, worm.
hamus, hook.
infigit, fixes upon.
per, through.
afferret, might bring.
reliquit, left.
ripa, bank.
flumen, river.
piscis, fish.
evitare, to avoid.
metuunt, fear.
hesternus dies, yesterday.
usque ad, till.
submersum, sunk.
jacens, lying.
si forte, on the chance that.

Henricus piscator est et piscando admodum delectatur. Calamum habet piscatorium, quem ei pater et mater nuper dederunt: igitur quoties tempus feriarum venit, quotidie vermiculum hamo infigit et per totum diem usque ad vesperem sedere solet in ripa fluminis, si forte piscem hamo capere possit.

Pisces autem qui in aqua nant semper Henrici vermiculum evitare solent, quia metuunt, ne ab eo capiantur. Itaque usque ad hesternum diem Henricus nihil calamo ceperat: heri autem piscem magnum ex aqua extraxit.

Res hoc modo facta est. Sedebat in ripa Henricus et piscabatur, ut solet. Nihil autem capere poterat. Itaque domum rediit, ut alium

vermiculum afferret, quem hamo infigeret: eum enim vermiculum, quem habebat, malum esse credidit, quia nihil eo capere poterat. Calamum autem in ripa jacentem et hamum aqua fluminis submersum reliquit.

EXERCISE 30

aberat, was absent.
invenit, found.
jamdudum erat, had for a long time been.
mortuus, dead.
aliquando, at last.
celeriter, quickly.

Dum aberat, venit ad locum quidam ex Henrici amicis: calamum in ripa jacentem



HUNC PISCEM AMICUS HENRICI HAMO INFIXIT

et hamum aqua submersum invenit. Erat autem prope hunc locum magnus quidam piscis, qui jamdudum mortuus erat et in ripa fluminis jacebat: hunc igitur piscem amicus Henrici hamo infixit, ut aliquando Henricus piscem aliquem se cepisse dicere posset: ipse celeriter abiit, postquam hoc fecerat.

Tandem Henricus ad ripam rediit alium vermiculum quem petierat afferens: statim, cum rediisset, piscem maximum hamo infixum videt.

Admodum laetus erat: piscem ex aqua et hamum e pisce extrahit: domum celeriter rediit ut piscem illum, quem se cepisse credidit, patri et matri monstraret.

EXERCISE 31

procul, far off.
deceptum, deceived.
num, whether.

Quem cum pater et mater procul venientem vidissent, primum laeti erant, quia Henricus, qui jamdudum piscabatur, aliquando piscem cepisset: cum autem propius venisset, rogaverunt eum num omnes pisces, qui in flumine essent, ita male olerent.

Illi cum hoc dixissent, Henricus se ab aliquo esse deceptum vidit. Omnes igitur quos habebat amicos rogavit, quis se hoc modo decepisset: illi autem omnes se nescire dixerunt.

Sedet tamen Henricus in ripa fluminis et piscatur, ut antea: boni etiam et industrii piscatores etiam magis piscando quam pisces calamis capiendo delectantur.

THE SPORTSMAN AND THE DUCKS

EXERCISE 32

venator, hunter.
venatus erat, had hunted.
fera, wild animal.
occidere, to kill.
referre, to bring back.
secum, with themselves.
puduit hominem redeundi, the man was ashamed to return.
homo, man.
contemneretur, might be despised.
anas, duck.
lacus, lake.
dominus, owner.
spectans, looking at.
viginti, twenty.
permittes, will permit.
sagitta, arrow.
libentissime, most willingly.

Venator quidam, postquam per totum diem in agris erat venatus neque tamen venando ullas feras occidere poterat, sero tandem vespere domum redibat.

Semper cupiunt venatores aliquid occisum domum secum referre: puduit igitur hominem nullis feris occisis domum redeundi, ne ab amicis suis contemneretur, et venator malus esse videretur.

Itaque quum prope domum suam venisset,

anates quasdam in parvo lacu non procul a terra nantes videt, hominem autem, id quod domini facere solent, stantem in ripa et anates illas spectantem. Cui venator, 'Amice mi,' inquit, 'si tibi ego viginti denarios dedero, num mihi permittes ut istas anates sagittis occidam?'

Homo libentissime se venatori esse permissurum respondet.

EXERCISE 33

promiserat, had promised.
collectus, collected.
humerus, shoulder.
imponit, places upon.
praecipue, especially.
bona mea et tua fortuna, luckily for you and me.
hodie, to-day.
felix, fortunate.
tuae ipsius, your own.
primum, first.

Itaque venator quum homini viginti denarios, sicut promiserat, dedisset, anates illas omnes sagittis occidit: deinde collectas humeris imponit, ut domum secum referret.

Ante autem quam e loco abiisset, homini dixit, 'Bona mea et tua fortuna hodie huc convenimus: ambo enim felices sumus et contenti esse debemus. Tu enim viginti iam habes denarios: ego autem anates habeo, quas occidi.'

Cui homo se esse praecipue felicem et contentum respondit: 'istae enim anates,' inquit,



'ISTAE ANATES NON MEAE ERANT, SED TUAE IPSIUS'

'quas viginti primum mihi datis denariis occidisti, non meae erant, sed tuae ipsius.'

THE MONKEY'S REVENGE

EXERCISE 34

simia, monkey.
laedunt, hurt.
cogunt, compel.
fabula, story.
argumentum, proof.
adimebat, took away.
miles, soldier.
pariter, equally.
oderat, hated.
urbs, city.
vexabat, annoyed.
lapis, stone.
cibus, food.
animus, mind.
cogitabat, thought.
atque, and.
quanto minus . . . tanto plura, the less . . . the more.

Simiae et aliis in rebus nobis hominibus admodum similes sunt, et in hoc quoque, quod

omnibus, qui eas laedunt, irasci solent, et eos poenas dare, si possunt, cogunt. Cujus rei haec fabula, quae vera est, argumentum esse videtur.

Fuit quidam in Hispania miles, qui omnes simias oderat, et simiam in eadem urbe habitantem omnibus modis laedebat atque vexabat: lapides in eam coniciebat: cibum ei, quotiens poterat, adimebat. Itaque non modo miles simiam sed simia pariter militem oderat. Ea nihil dixit, quia, quum simia esset, loqui non poterat: quanto autem minus dixit, tanto plura animo cogitabat.

EXERCISE 35

forte, by chance.
dux, general.
exercitus, army.
mundus, clean.
vestitus, clothed.
apparere, to appear.
idem, the same.
insons, innocent.
praeter, past.
certior facta esset, had been informed.
pelvis, basin.
lutum, mud.
impletus, filled.
fenestra, window.
posuit, placed.
superior, upper.
pars, part.
stetit, stood.
via, road.

Forte dies venit, in quo dux quidam magnus exercitum qui in illa urbe erat videre voluit. Itaque hoc die omnes milites pulcherrimis et mundissimis vestibus vestiti ante ducem apparere jussi sunt, et inter illos miles idem crudelis, qui simiam insontem vexare solitus est: accidit autem, ut ad locum ducem conveniendi miles

praeter ipsam domum in qua simia habitabat esset iturus.

De qua re cum simia certior facta esset, pelvem magnam luto et aqua impletam ad fenestram posuit, quae in superiore domus parte erat: ipsa juxta fenestram stetit, ut militem in via venientem videre posset.

EXERCISE 36

argentum, silver.
aurum, gold.
ornatus, adorned.
enim, for.
simul atque, as soon as.
sub, under.
defundit, poured down.
foedus, foul.
infelix, unlucky.
laudavit, praised.
cavebat, took care.
iterum, a second time.

Venit igitur miles ille, admodum mundus, rubra veste vestitus, argento auroque pulcherrime ornatus, ut magno duci placeret: qui enim in hunc modum ornati et mundi sunt, fortissimi semper esse putantur. Simul autem atque sub fenestram venerat, simia, quae ad fenestram stabat, omne illud lutum atque omnem aquam in caput militis e pelve defundit: itaque qui antea mundus fuerat, nunc aqua lutòque foedus videtur.

O diem infelicem! dux igitur cum militem videret non modo non laudavit, sed etiam ei valde iratus factus est. Itaque miles ille infelix simiam non minus quam antea oderat:



AQUAM IN CAPUT MILITIS E PELVE DEFUNDIT

sed cavebat, ne postea vexaret: metuebat enim ne tales poenas iterum dare cogeretur.

THE JACKDAW OF RHEIMS

EXERCISE 37

Gallia, France.
sacerdos, priest.
anulus, ring.
diligentissime, most diligently.
minister, servant.
templum, temple.
furatum esse, to have stolen.
palam, openly.
vox, voice.
precatus est, prayed.

Fuit quidam in Gallia sacerdos, qui anulum pretiosissimum, quia totus ex auro factus est,

habebat. Hunc anulum amisit sacerdos, neque in ullo loco, quamquam diligentissime omnia loca explorabat, reperire poterat: quo factum est ut aliquem e ministris qui quotidie in templo esse solerent, hanc rem pretiosissimam furatum esse crederet.

Omnes tamen se id fecisse negaverunt. Itaque, cum omnes negavissent, palam et magna voce sacerdos in templo precatus est, ut qui cunque suum anulum furatus esset, nisi statim culpam esset confessus, is dolorem maximum omni modo pateretur: ut pauper et aeger fieret: ut res omnes quas haberet amitteret: denique ut ei omnia mala acciderent, quae hominibus accidere possent.

EXERCISE 38

preces, prayers.
ecce, behold.
dies sollemnis, festival.
subito, suddenly.
in medio templo, in the middle of the temple.
graculus, jackdaw.
nidus, nest.
manifestus, manifest.
pluma, feather.
quisquam, anyone.

Quibus precibus auditis omnes aliquem aut statim culpam esse confessurum aut omnia mala, quae hominibus accidere possent, esse passurum putaverunt. Nemo tamen se anulum furatum esse confessus est: neque in tota urbe

quisquam aut pauper, aut aeger, aut ullo modo infelix fieri visus est.


